

**Bijlage VWO
2025**

tijdvak 1

Latijnse taal en cultuur

Tekstboekje

Tekst 1

Prooemium.

1 Arma virumque cano, Troiae qui primus ab oris
2 Italiam fato profugus Laviniaque venit
3 litora, multum ille et terris iactatus et alto
4 vi superum, saevae memorem Iunonis ob iram,
5 multa quoque et bello passus, dum conderet urbem
6 inferretque deos Latio; genus unde Latinum
7 Albanique patres atque altae moenia Romae.
8 Musa, mihi causas memora, quo numine laeso
9 quidve dolens regina deum tot volvere casus
10 insignem pietate virum, tot adire labores
11 impulerit. Tantaene animis caelestibus irae?
12 Urbs antiqua fuit (Tyrii tenuere coloni)
13 Karthago, Italiam contra Tiberinaque longe
14 ostia, dives opum studiisque asperrima belli,
15 quam Iuno fertur terris magis omnibus unam
16 posthabita coluisse Samo. Hic illius arma,
17 hic currus fuit; hoc regnum dea gentibus esse,
18 si qua fata sinant, iam tum tenditque fovetque.
19 Progeniem sed enim Troiano a sanguine duci
20 audierat Tyrias olim quae verteret arces;
21 hinc populum late regem belloque superbum
22 venturum excidio Libyae; sic volvere Parcas.
23 Id metuens veterisque memor Saturnia belli,
24 prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis –
25 necdum etiam causae irarum saevique dolores
26 exciderant animo; manet alta mente repostum
27 iudicium Paridis spretaeque iniuria formae
28 et genus invisum et rapti Ganymedis honores:

- 29 his accensa super iactatos aequore toto
30 Troas, reliquias Danaum atque immitis Achilli,
31 arcebat longe Latio, multosque per annos
32 errabant acti fatis maria omnia circum.
33 Tantae molis erat Romanam condere gentem.

Vergilius, Aeneis 1.1-33

Tekst 2

LIED VOOR EEN MIGRANT.

Ik zing over de vrijheidsheld uit het Oosten
die als vluchteling op een westers strand
is aangespoeld. Lang was hij op land en zee
de speelbal van woeste vreemdelingenhaat,
lang vocht hij tot hij een vaste verblijfplaats
vond voor zijn gezin: zo kregen zijn kinderen
een nieuw vaderland binnen Fort Europa.

Muze, vertel me waarom in 's hemels naam
de overheid een zo gewetensvolle held
al die perikelen en al die beproevingen
heeft opgelegd. Wat bezieldt haar tot die haat?

Afbeeldingen 1 en 2

afbeelding 1



Aeneas, Anchises en Ascanius.

afbeelding 2



De dichter Dante ('de Denker').

Tekst 3

Tweede prooemium.

- 37 Muze, nu zal ik vermelden wie als koningen heersten,
38 in welke toestand het oude Latium was toen een vreemde
39 vloot met gewapende mannen voor het eerst in Italië landde;
40 het begin van de strijd zal ik terugroepen in het geheugen.
41 Beziel, godin, beziel uw dichter: ik zal bezingen
42 hoe in een grimmige oorlog moordzuchtige koningen streden,
43 hoe het Etruskische volk en het gehele westen
44 werden bewapend; een grotere reeks van gebeurtenissen,
45 een groter gedicht gaat beginnen. De oude koning Latinus
46 heerste over landen en steden in duurzame vrede.
47 Hij zou de zoon van Faunus zijn en de stroomnimf Marica,
48 Faunus had Picus als vader, die zelf weer de zoon was van u,
49 Saturnus, u, de eerste stamvader van de Latijnen.

Vergilius, Aeneis 7.37-49

Tekst 4

Afbeeldingen op het nieuwe schild van Aeneas.

- 671 Haec inter tumidi late maris ibat imago
672 aurea, sed fluctu spumabant caerula cano,
673 et circum argento clari delphines in orbem
674 aequora verrebant caudis aestumque secabant.
675 In medio classes aeratas, Actia bella,
676 cernere erat, totumque instructo Marte videres
677 fervore Leucaten auroque effulgere fluctus.
678 Hinc Augustus agens Italos in proelia Caesar
679 cum patribus populoque, penatibus et magnis dis,
680 stans celsa in puppi, geminas cui tempora flamas
681 laeta vomunt patriumque aperitur vertice sidus.
682 Parte alia ventis et dis Agrippa secundis
683 arduus agmen agens, cui, belli insigne superbum,
684 tempora navali fulgent rostrata corona.
685 Hinc ope barbarica variisque Antonius armis,
686 victor ab Aurorae populis et litore rubro,
687 Aegyptum viresque Orientis et ultima secum
688 Bactra vehit, sequiturque (nefas) Aegyptia coniunx.
689 Una omnes ruere ac totum spumare reductis
690 convulsum remis rostrisque tridentibus aequor.
691 Alta petunt; pelago credas innare revulsas
692 Cycladas aut montes concurrere montibus altos,
693 tanta mole viri turritis pupibus instant.
694 Stuppea flamma manu telisque volatile ferrum
695 spargitur, arva nova Neptunia caede rubescunt.
696 Regina in mediis patrio vocat agmina sistro,
697 necdum etiam geminos a tergo respicit angues.
698 Omnigenumque deum monstra et latrator Anubis
699 contra Neptunum et Venerem contraque Minervam

700 tela tenent. Saevit medio in certamine Mavors
701 caelatus ferro, tristesque ex aethere Dirae,
702 et scissa gaudens vadit Discordia palla,
703 quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.
704 Actius haec cernens arcum intendebat Apollo
705 desuper; omnis eo terrore Aegyptus et Indi,
706 omnis Arabs, omnes vertebant terga Sabaei.
707 Ipsa videbatur ventis regina vocatis
708 vela dare et laxos iam iamque immittere funes.
709 Illam inter caedes pallentem morte futura
710 fecerat ignipotens undis et Iapyge ferri,
711 contra autem magno maerentem corpore Nilum
712 pandentemque sinus et tota veste vocantem
713 caeruleum in gremium latebrosaque flumina victos.

Vergilius, Aeneis 8.671-713

Tekst 5

In Carthago vertelt Aeneas over de avonturen op zijn reis. Hij heeft zojuist verteld dat de Trojanen tijdens een tussenstop op weg naar Italië hun kamp opgezet hebben. Ze hopen de volgende dag Italië te bereiken. De stuurman Palinurus is op een van de schepen gebleven.

In de onderstaande tekst vertelt Aeneas dat Palinurus opstaat om te kijken of de omstandigheden gunstig zijn om te vertrekken.

- 513 Haud segnis strato surgit Palinurus et omnes
514 explorat ventos atque auribus aera captat;
515 sidera cuncta notat tacito labentia caelo,
516 Arcturum pluviasque Hyadas geminosque Triones,
517 armatumque auro circumspicit Oriona.
518 Postquam cuncta videt caelo constare sereno,
519 dat clarum e puppi signum; nos castra movemus
520 temptamusque viam et velorum pandimus alas.

521 Iamque rubescet stellis Aurora fugatis,
522 cum procul obscuros colles humilemque videmus
523 Italiam. Italiam primus conclamat Achates,
524 Italiam laeto socii clamore salutant.
525 Tum pater Anchises magnum cratera corona
526 induit implevitque mero, divosque vocavit
527 stans celsa in puppi:
528 "Di maris et terrae tempestatumque potentes,
529 ferte viam vento facilem et spirare secundi."
530 Crebrescunt optatae aurae portusque patescit
531 iam propior, templumque apparelt in arce Minervae.

Vergilius, Aeneis 3.513-531

Aantekeningen

- regel 513 **strato** = **e strato**
stratum bed
regel 514 **atque auribus aera captat** en hij probeerde elk
briesje te horen
regel 515 **labens** *participium van labi* zweven
regel 516 **Arcturum t/m Triones** Arcturus, de regenbrengende
Hyaden en de twee Triones (*Dit zijn allemaal
sterrenbeelden.*)
regel 517 **aurum** gouden jachtmes
Oriona (*accusativus mannelijk*) de Jager (*een
sterrenbeeld*)
regel 518 **postquam** zodra
constare gunstig zijn
regel 520 **temptare viam** op weg gaan
velorum alae (*meervoud*) zeilen
regel 523 **Achates** Achates (*een vriend van Aeneas*)
regel 525 **cratera** (*accusativus enkelvoud mannelijk*) mengvat
regel 525-526 **corona induere**, *perfectum indui* met een krans
versieren
regel 528 **Di = Dei**
regel 530 **patescere** zichtbaar worden
regel 531 **arx Minervae** de heuvel van Minerva (*heuvel aan de
zuidoostkust van Italië*)